



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

46. Hæres exemptus an ex persona defuncti non exempti conveniri possit  
coram Ordinario.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Innot. de elect. Navarr. conf. 8. de privileg. Secus v. g. si Papa à se promotum mandaret per Episcopum benedici, quia semel per Principem probatus per inferiorem non debet iterum examinari *tex. l. quidam consulebat & ibi Cast. de re iud.* talem enim Episcopum sine alio examine ordinare tenebitur *Innoc. cap. pastoralis circa med. de donat. Collect. cap. meminimus & ibi Fel. de accusat. Capel. Tholos. decis. 449. incip. item si quaesitum an Episcopus Navarr. in Manuali cap. 27. Miscell. 1. num. 266.* Idque in aequali gradu, idoneus enim ad unum officium, censetur idoneus ad simile *Abb. ca. accepimus n. 6. de etate & qualitat. ord.* Ceterum, si maior perfectio requiratur in hoc, quam alio gradu, aliud subeandum esset examen *Navarrus conf. 2. de prebendis.* Item nisi notiore foret idoneus, notorie enim dignus examinari non debet *cap. nullus dist. 24. Navarr. cap. cum contingat causa secunda nullitatis n. 13. de rescript.* De hac materia videri etiam poterit *Henricus Botteius tract. de Synodo par. 3. art. 1. n. 283. vol. tract. 2. fol. 227. indistincte tenens approbatum reprobari posse & late Fel. cap. cum venerabilis n. 48. & seq. de except. ubi Abb. n. 55. & seq. & DD. ibid.*

---



---

 QVÆSTIO XLVI.

Hæres exemptus an ex persona defuncti non exempti conveniri possit coram ordinario.

## SUMMARIUM.

- |                                                                   |                                               |
|-------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------|
| 1. Hæres ex privilegio communi declinare potest secus ex proprio. | 3. Hæres eiusdem conditionis qua defunctus.   |
| 2. Privilegia communita sunt ad instar iuris communis.            | 4. Conclusio falsi si agatur ad legata.       |
|                                                                   | 5. Item si privilegium exemptionis existeret. |

Conveniri posse testatur Ulpianus in hæc verba, hæres absens ibi defendendus est ubi defunctus debuit & conveniendus est, si ibi inveniatur, nulloque suo proprio privilegio excusatur *tex. l. hæres absens in pr. ff. de iudicis.* Pro explicatione refrendanda est differentia inter privilegia communita, sic dicta quod inserta sunt corpori iuris communis, ut est privilegium clericorum, legatorum, miserabilium personarum, & propria dixi supra *lib. 1. cap. 1. n. 5.* Ita per legem conceduntur, hæc autem privata per Principem *glo. d. l. hæres in verb. excusatur* velut privata leges seu privata legia *præses in loco ab Ethymologia & dixi d. n. 5. Alciat. lib. 2. n. 5. de verb. sign. Massagalesius ad form. Camera oblig. ad 2. par. qu. 2. n. 6. fol. 74.* Hæres privilegio communi utens, conveniri non poterit coram iudice defuncti, sed coram proprio seu competente v. g. clericus hæres laici conveniendus erit non coram iudice laico defuncto, sed coram Ecclesiastico iudice hæredis. At vero hæres proprium habens

privi

privilegium, declinare non poterit iudicem defuncti, quem ipse juris fictione repræsentat glo. in d. verb. excusatur. Quod ipsum Cynus Barthol. Castrenf. & DD. Julius tractaverunt in d. l. Heres Massæ galesis ad form. Cam. oblig. ad secundam partem culam quest. 2. per tot. & signanter n. 4. & seqq. ubi doct. fol. 72. Sebast. medices tract. de morte par. 1. n. 91. Caroc. de excuss. bon. par. 2. qu. 57. n. 20 Fel. cap. quia V. n. 3. vers. limita dummodo de iudic. Straccha tract. de mercatura tit. quomodo procedendum sit in causis mercat. ubi id exemplificat in mercatoribus qui habent speciales iudices sicut exempti n. 44. fol. 490. & seq. Abbas cap. quia V. n. fin. de iudiciis ubi & clare loquitur Fel. ibidem n. 3. vers. limita dummodo. Quæ fuit causa ut Cynus referente Castrensi in hæc verba d. l. heres, n. 4. Consulit contra fratres de Carmelo qui erant exempti ab Episcopo, & suberant immediatæ Papæ, deinde successerunt cuidam laico, & agebatur compositio, & suberant immediatæ Papæ, allegabant privilegium exemptionis, certe quia ipsos ex persona laici coram Episcopo allegabant privilegium exemptionis, certe quia illud non erat clausum in corpore juris, non poterant allegare sed privilegium clericatus, quod erat clausum, bene poterat allegare, ut sic non conveniantur coram iudice seculari, sed coram Episcopo, Ita ille. Confirmari potest, tum quia privilegiatus succedens in ius privati vitur iure privati l. cum quidam §. fisci ff. de usuris Balbus de præscript. in 1. parte quinta partu quest. 3. per tot.

Tum quia, privilegia communia non sunt proprie privilegia ex quo regulantur & sunt ad instar juris communis Andreas Gammarus tract. de extensionibus num. 164. suntq; aliis privilegiis potentiora Fel. cap. cum ordinem num. 20. vers. ultimo de re scripti.

Tum quia, hæres ius suum ex propria persona metiri non debet, sed ex persona defuncti cuius iure uti debet l. si is ff. de iudic. l. apud Iulian. in fine ff. ex quib. caus. in possess. eatur l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig. in d. verb. excusatur.

Declaratur primo, hæc esse vera, nisi hæres conveniatur pro legatis, cum enim legata demum debeantur adita hereditate, quæ amplius defunctum non repræsentat l. 1. ff. si familia furcum secisse dicatur l. hereditas in multis ff. de acq. dom. l. 1. §. scavola ff. si quis testam. liber esse iustus dixi supra lib. 2. q. 20. n. 3. Rol. à Valle d. qu. 17. n. fin. in fin. in part. 2. tract. de inventario fit, ut mutatione personæ mutetur etiam privilegium status & conditio rei l. per procuratorem ubi Barth. & DD. ff. de acq. hereditatem ordinari declinare & proprio exemptionis privilegio se tueri possit Rol. dec. 572. in antiqu. Ausser. in repet. Clem. 1. fall. §. regula 2. de officio ordinarij bona enim postquam acquisita sunt per privilegiatos sumunt naturam privilegiatorum Abb. cap. porro de privilegiis.

Declaratur secundo, nisi privilegium exemptionis esset tam plenum & abundans quod etiam hunc casum sua exuberatione includeret, quemadmodum hac in

materia supra notavimus, dum de continuatione instantiæ in exemptum quaerimus lib. 2. quæst. 19. n. 7. item quæst. 5. n. 6. 9. 10 & seqq. item quæst. 16. n. 12. & seqq. Tota enim exemptionum vis ex verbis & mente Pontificis dependet, velut hæreticus satis frequenter probavimus lib. 1. cap. 43. n. 1 & 2. per cap. quanto cap. porro. c. recepimus de privileg. l. credendam ff. qui petant tutores.

---



---

 QVÆSTIO XLVII.
 

---

Ordinarius an procedit contra hæreticos exemptos.

## SUMMARIUM.

- |                                                   |                                                                   |
|---------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------|
| 1. Ordinarius procedit contra hæreticos exemptos. | Landum.                                                           |
| 2. Quod verum est in hæresi proprie sumpta.       | 4. An procedat contra asserentem fornicationem non esse peccatum. |
| 3. Ab ordinario ad sanctam Sedem appellatur.      | 5. Quid de communitate per hypocrisim.                            |
|                                                   | 6. Quid de insordescente.                                         |

- O**rdinarius inquirendi jus habet atque judicandi hæreticos Abb. cap. cum contingat col. 7. de foro comp. Lap. alleg. 114. circa fin. Jacob. de bellonisu rep. c. Romana §. contrahentis de foro comp. in 6. oppos. 6 fol. 26. Idque tanquam Apostolica autoritate delegatus tex. ubi Abb. & DD. cap. ad abolendam de hæreticis glo. c. per hoc ver. delegata eod. in 6. c. irrefragabili §. excessus de officio ord. Clem. cum ex eo de sent. excom.
2. Quod tamen de hæresi vera & proprie sumpta intelligendum est, contra autem improprie hæreticos exemptos procedere non possit Calder. conf. 5. de hæretic. Odra. conf. 210. Rot. decis. 875. incip. accusatus de hæresi in antiquis. verba enim in proprio significari sunt accipienda c. ad audiendam de decimis l. non aliter de leg. 3. Unde infero, quod ab ejusmodi ordinario procedente appellari debet ad sanctam Sedem super questionem de officio deleg. Abb. d. c. ad abolendam n. 16. dixi supra li. 2. ca. 12.
4. Utrum autem ordinarius procedere possit contra exemptum dicentem v. g. fornicationem non esse peccatum, videatur Capell. Tholos. dec. 306.
5. Item an cognoscat de exempto per Hypocrisim recipiente hostiam non consecratam Calder. conf. 4. de hæreticis.
6. Contra insordescentem in excommunicatione videtur quod inquirere possit ne nervus Ecclesiasticæ disciplinæ corrumpatur, cap. excommunicatorum 32. quæst. 5. cap. cum inter vos de consuet. quando quidem ejusmodi non caret scrupulo hæreticæ pravitatis, qui Ecclesiæ censuras & mandata contemnunt. Abb. cap. 1. ubi late de in-